

Ad circumspēctos, atq̄ probatē fidei viros Nicolaum  
& Andream Salomones ciues cracouieñ, de armis  
ob virtutē maioribus suis concessis, quibus  
& ipsi merito gaudent Carmen Vides  
richi Fabri Rheti.


**O**Mnibus vna licet generis sit origo, scelestā &  
Degener vt nemo, quem nisi vita facit.  
Si inspicimus nostrē fragilis primordia vitę,  
Est genitor cunctis vnus, & vna parens,  
Sed tamen in primis refert quo sanguine cretus  
Quilibet, ac proprium nunc genus vnde trahat,  
Pulchra suis virtus veniens, meritisq̄ parentum  
Efficit ingenuum, & clarior ortus aui.  
Quem penes est virtus nemo hoc generosior illo,  
Hec hominum terris tollit ad āstra genus.  
Re sine/ qui falsos numerat, seu nomine tantum/  
Ipse nullus, titulos, nil prope laudis habet,  
Nil quasi laudis habet, nomen sed iactat inane  
Degenerans, vicia & detegit vsq̄ sua.  
Bellica quem virtus ornat, quem splendor auitę  
Stirpis, & ingenium, cum probitate simul.  
Qui foris, atq̄ intus, factis, animoq̄ relucet,  
Hic titulum verę nobilitatis habet.  
Marius, & Cęsar, Magnus, Sic Scipio, Cocles,  
Sic Fabij gestis enituere suis,  
Sic quoq̄ de nitido Salomonū stemmate nati  
Nobilium proceres commeruerunt decus,  
Splendida Sarmatię gererent insignia gentis,  
Hęc sunt virtutis pręmia certa suę.  
Arma togę bene conueniunt, Martiq̄ cruento,  
Tempore sunt omni fortibus apta viris.


En ales niue candidior, phœboq̄ dicata,  
Flebilibus numeris quę sua fata canit,  
Belliger hinc nigro sonipes stat tegmine cinctus,  
Qua sinit instructos scandere sæpe viros.  
Cernimus & galeam cristis, treisq̄ ere nitentes  
Hastas, diuersum quodlibet vnde notat.  
Candorem tibi signat olor, mentemq̄ pudicam,  
Hastę animos fortes, munera Martis equus.





506 - 5.19







# V L D E R I C H I

FABRI RHETI AEGLOGAE  
DVAE NVPER EDITAE,

Quarum vna Daphnidis, altera  
vero Stygeti nomine ins  
scripta est.

FABER LECTORIBVS.

Plebis ad Eurotam residet quū turba prophang,  
Perq̄ dies totos ocia vulgus agit.  
Excudit interea sapiens e corpore segnem  
Pigriciam, & tempus computat articulis.  
Omne iuuat vitę studijs impendere claris  
Aeuum, atq̄ ipse sibi hinc vtile calcar erit.  
Maxima quandoq̄dem est homini iactura dierū.  
Labitur, ac nunq̄ vel breuis hora redit.

502 paler.

Prudenti, singularisq; industrię viro domino Nicolao  
Salomoni Ciui Cracouieñ, atq; insigni studiosoꝝ  
patrono, Vlderichus Fabri Rhetus S. D.

**Q**uam superiori anno optime Nicolae: salutē ceteroꝝ exemplo consulens  
Cracouia me contulisset vna cum Philippo Gandelio homines vt vers  
fatear: 7 virtute: 7 licetis plurimū adomato (Similis etenim vtriq; no-  
strum Cracouie vidende causa erat) eo potissimū tēpore: quo sicut poeta  
canit: Sitiunt herbe: 7 peccati iam gratior vmbra est: Jam rapidus torrens sitiens  
res Syrius Indos Ardebat cælo. Lana flumina siccis faucibus ad imū rasiq; tepes  
facta coquebant. Tanta illico humanitate me vix dum facie tibi notā prosequi ce-  
pisti: nullisq; quod admiratiōe auget: meis: que precessissent: meritis puocatus:  
Sed genina quādam animi: vt videre videor: liberalitate splendide excepisti: ac  
quod plura facio: omni tue beneuolē: atq; humaniter tractasti. At si omnibusqui  
viquam de me bene meriti sunt: satisfecero: Tibi tamen vel vni Cracouie: 7 do-  
mino Sebastiano Schranz ciui Tiennen i viro vt vno plura complectar arguo:  
integerrimo: ob tam preclara in me collata sponte beneficia: nam ingenue agnos-  
co: quibus animū plane deuinxistis meū: nunq̄ satisfacere poterō. Adeo vterq;  
erga me liberalis: humanusq; existit: vt beneficiorū cumulus: exiguas (Si tamen  
aliquę sunt) ingenij vires multā excedat. Utinā aliquando: pari reddendos  
vobis respondere possem. Tibi autē (arbitror) Nicolae a maioribus: perinde atq;  
hereditariū ius: illa animi erga studiosos liberalitas relicta. Quis enim nō nouit  
cum res luce meridiana clarioꝝ sit: quā mansueti erga omnes animi parens ille  
tuus Nicolaus Salomon exriterit: licet immatura propemodā morte e vitis sub-  
latus. Quid de quo Petro Salomoe viro omniā prudētissimo loquar: qui ob in-  
signes virtutes elapsis abbinē aliquot annis Sarmatē regibus intimus a cons-  
ilijsq; fuit: Preterea Cracouieñs senatus qui semp equitate: prudentia: consilio:  
atq; id genus senatoris virtutibus polluit. E. hodie nulli secundus habetur facile  
se principem gessit. Nemo quandoquidē eo in rebus ciuilibus pagendis acurioꝝ:  
atq; prudentioꝝ: nemo in iudicando constantioꝝ: cognoscendo diligētioꝝ: ac po-  
stremo in iusticia exercēda equioꝝ. Taceo hic de summa eius in superos pietate:  
cuius post obitū certissima reliquit argumenta: quemadmodum hodierno die in  
plerisq; Cracouie sacris edibus videre est: que omnia singillatim recēdere multo  
altioꝝ foret negotij: ceterā vt redeam vnde digressus. Tuas tam preclaras animi  
vires vtpote ad summū aliquādo glorie cumulum peruenturas: Quis 7 nunc in  
obsuro neutiq; collocare sint: extremis quod atunt labris attingisse sat erit: imo  
nostri erga te amoris animū aperire in presentiarū sufficere: habenda est enim epis-  
tole ratio. Accedit 7 illud amantē esse eum non onerare laudibus. Nostrū idcirco  
Dapnūm amantissime Nicolae quē in huius rei memoriā Cracouie interea iusti-  
mus: ea qua alia soles fronte: accipe: iustimus inq; grauioribus subinde occupa-  
tionibus impediti successibus loris. Iustimus 7 alia que suo quoq; tēpore in lucem  
dabimus: si bec ludicra tibi: vt minime diffido: arriserint. Pastorali stilo carmi-  
nis genere id exigente: vsi sumus. Porro eo ipso figmento nostrum Cracouie: in-  
terimq; Tiennen: quā inuisi reliqueramus: statū 7 conditionem obiter significare  
volumus. Nosti siquidem q̄ horrenda pestilētia Austriam plus minus sex men-  
sibus vecauerit. Quod ad psonas attinet sic habeto: per Dapnūm teipsum Intel-  
ligas. Thyrsis Sebastianus Schranz optimus vir erit: Palemon Tiennenē quādam  
Delibæus ipse sum. Tienna Amaryllis Lycoris Cracouia esto. Tale ex edibus  
tuis Cracouie idibus Februarij. Anno 1572.



VLDERICHI FABRI RHETI AEGLOGA  
CVI TITVLVS EST DAPHNIS.

Interlocutores Thyrsis, Melibœus, & Palæmon.

Thyrsis.

**I**Llice sub patula recubans Melibœe supinus  
Ruralem gracili musam modularis auena,  
Compositoq; doces hylaris iam carmine opacas  
Formosam valles late resonare Lycorim,  
Maxima feruentis dum nos incommoda cœli,  
Forsitan audieras, patimur, stragemq; per agros,  
Nil miseret nostri, rerum securus in umbra  
Tu resides, dulcem patriam, & cerealia pingui  
Linquimus arma solo tristes, collemq; subortis  
Vitifera lachrymis, dubio procul vltima terræ  
Visuri, impellit bibulas vbi Bethys arenas.

**Tez** Inuitis teneros quantum seuisset in hœdos  
Atra lues, reliquumq; pecus regione propinqua  
Auribus accepi, siquidem mihi rettulit Idas,  
Nec tibi diffido, quin has te iusta querelas  
Fundere causa facit, cladis miseresco seuerę.  
Thyrsi libet gelida mecum requiescere in umbra.  
Gratior hic pictis multo vires herba tapetis.

**Thyr** Quod parcis flores apibus, quæ tecta relinquunt  
Vere nouo, circumq; thymos, salicesq; iuuentus  
Missa fauis volitat, vitreę & sitientibus vnde.  
Quod vites Baccho, quod flos redolentis anethi  
Aut Cythis capris, viridi hoc nunc gramine fesso  
Blanda quies, suavisq; vaga mihi somnus in umbra est.

**Met** Non ergo inuideas, nobis dedit ocia nuper  
Formosus Daphnis, iuxtaq; errare capellas,  
Cernis vti, nostras iussit per pascua licta.

A. H.



Hic vbi muscosi fontes, & spumifer amnis  
Labitur, atq; sicim pecudum restinguit anhelam,  
Insuper arguta, nescis? & arundine gratos  
Ludere concessit perpulchrę Amaryllidis ignes.  
Hanc Adamo hyberna cuius niue membra nitescunt  
Candidiora, rubet facies, rubor ille decorus,  
Vt niueo sanguis lacti permixtus, adornat  
Egregie vultum, nec obest, sed suadet amorem.  
Huic igitur, meruit, pridem iam munera seruo  
Poma decem, nunc quinque dabo, post altera mittam,  
Pręterea geminos reperi super arbore foetus  
Turturis excelsa, strictos quę forte parabam  
Alitibus laqueos, cępit plumescere vterq;.

Thyr Haud egdem inuideo rebus melibœe secūdis,  
Ast potius miror supero quo numine faustam  
Deducas vitam, simul & meliora peractis  
Tempora posco deos, Verum hac carpetur Anolbus  
Infelix de sorte tua, mihi prębuit ingens  
Solamen, leuiusq; graues me ferre labores  
Tam bona prosperitas vitę monet, atq; tuarum  
Euentus rerum. Video quia numina ruris  
Plus nostris aliena fauent, nec spernit Apollo.  
Nempe canis possent rigidas quę auertere quercus  
Carmina, siue truces Libyę mulcere leones,  
Iam quoq; dulcisonę releuant mea damna canonę,  
Tristantemq; malis animum solantur acerbis.  
Hinc te Amaryllis amat merito, quę soepe stygetum,  
Vnde dolet grauius, spreuit, cui fistula ad ornum  
Fracta iacet, quoniam coruus velut inter olores  
Vndiuagos solum triuiss incondita reddit  
Sibila, proq; modis cantus effundit ineptos,  
Da tamen inprimis largo de munere cuius

Hos recinis modulos quis sit Melibœe, deus ne?  
Pande deum, Sin Daphnis erit qui rura locauit  
Optima, iure colis Daphnim, veneraris, amaſq̃.

Me: Quñ prius audiero quę ſint hæc grandia rerum  
Damna, vel, vt quereris, præceps iniuria cœli,  
Expecta, impatiens adeo, tibi ſingula dicam.  
Triftior es ſolito, Vetus eſt ſententia Thyrfi,  
Atq̃ probata diem pluuias de iure ſerenam  
Inſequier, rapidumq̃ magis poſt nubila ſolem.  
Non manet vna Poli facies, neq̃ ſemper ab arce  
Iupiter ætherea tonitru iaculatur in altas  
Fulmina multiſono turres, Boreęq̃ gelantis  
Frigora torridior ſequitur cõmuniter eſtas,  
Exhylarare licet frontem, Quid pectus anhelum?  
Quid vultus ſubriſtiſ: & hæc ſuſpiria crebra?  
Num tuleras maiora ſciam q̃ forte pericla?

Thyr Heu, multo, Sed lingua neq̃ ſatis vlla profari.  
Crede mihi innumeras pelagi numeraret arenas  
Quis citius, vel nocte ſimul radiantia cœlo  
Sydera, q̃ ſpacio paſſus quę aduerſa capellis  
Exiguo eloquerer, longus me deſeret annus.

Me: Sœpe viriſ nocuit magno tacuiſſe dolore,  
Quin etiam vehemens adimit tam pectore moeror  
Contentus tacito, fragilem q̃ gaudia vitam.  
Nec deſunt exempla, tulit nimis anxia vatem  
Queſtio diuinum, Quoſdam periſſe cachinnis  
Indubitata fides perhibet, riſuq̃ ſoluto.

Thyr Omnis abeſt riſus, lachrymas inimica coegit  
Lanigeri fortuna gregis me fundere amaras.

Me: Conſpicio, Sed vera tui me cauſa doloris  
Præterit, inde animũ grauius mora torquet amantem,  
Corpora bina licet tamen eſt mens vna duobus.

A. iij

Que modo, letitię consors, cupit atq; laborum.  
Thyr      Multa forent narranda, qd hoc memorabo, quod ipse  
Ex alijs dubio forsan rumore nouarum  
Hausisti rerum cupidus: p̄nuncia namq;  
Fama mali solet esse prior, q̄ verus ad aures  
Perueniat fermo, posthac tibi plura Palęmon  
(Ecce gradu properat celeri me querit opinor)  
Huc veniens referet, Totam spem fertilis anni,  
Quę non parua quidem, nobis fors vertit iniqua,  
Quippe nephanda lues vetuit, ne frugibus illis,  
Quas dederat tellus, saltem supereffe liceret.  
Interiere nouem iuuenes, dij, corpore tauri  
P̄ualido septis, niuei quoq; velleris agna  
Concidit, vnde gregis fuerat spes amplā futuri,  
Heu iactura grauis, misero quā nulla valebunt  
Compensare bonis olim mihi tempora vitę.  
Vel si cornicis plures superare daretur  
Viuendo etates, numerosa aut secula cerui,  
Huius ab infecta grauidam vix tabe parentem  
Seruani, modo conualuit moribunda iacebat  
Ad fluuij ripas tumidi, qua Stiria montes  
Nubigeros tollit, quod eo, quis vita superstes,  
Per iuga compuleram, lateq; patentia prata,  
Inde per vmbriferas syluas, & inhospita rursus  
Tesqua, sine hospicijs pastor velut apher oberrans,  
Soepe die impransus toto noctuq; silenti,  
Nunc procul exilium colimus, sparsimq; vagamur,  
Necq; vadores est, sumus inter saxa peręque  
Atq; sacrum positi, fugimus quocunq; locorum,  
Ipse imbrem vitare volens, prohi grandinis iras  
Experior scuas, certę via nulla salutis,  
Has scelus, has meruit pęnas, & crimen iniquū.

**Me:** Thyrsi virum, vt decuit, clarum pietate locutus,  
Ob delicta novos mittit pecori, atq; bubulcis  
Ultrix ira dei morbos, & semper iniquas  
Castigat mentes viciorum, ac criminis acti.  
Hinc litis, inde fames male suada, & inopia fœni,  
Agricolæ que rure premunt, stabulisq; bidentes,  
Hinc genus omne mali breuiter, quodcumq; sub orbe  
Lunari ferimus, Bacchum, Cereremq; benignam  
Grando tulit nuper, scabies iam vexat ouile.  
Sic etiam plagas summus demisit in agros  
Tempore Dauidis pastor, quod cedice sacro  
Deprompsi, trinis sed enim grassata diebus  
Hęc superum nutu pestis restincta quieuit,  
Nunc autum cantus, veteres nunc fulmine quercus  
Sulphureo tactę miseros monuere bubulcos.

**Thyr** Heu mala quę patimur summo de cœmine cornix  
Garrula prædixit nobis, atq; omine bubo  
Terribili, Si mens penitus non cœca fuisset,  
Immo etiam cœlo tabis manifesta futurę  
Signa dedit sydus radijs, & crine timendo.

**Me:** Qui procul extremo veniens a limite pastor  
Depressa cœruice parum, quis? Nonne Palemon?  
Intuor, at facie quondam mihi notior ipsa.  
Barbi genus, atq; ora tegit nunc hispida, Thyrsi  
Quid rerum esse putas? pullo est indutus amictu.

**Thyr** Haud leuiora tulit nostris incommoda, & inde.  
Conqueritur, quod si placet hunc Melibœe vocato,  
Fert humeris agnum, nosco, nisi lumina fallit  
Ipsa loci, quod sæpe solet, distantia fallax.

**Me:** Heus bone, quo tendis gressus? quid fabula surdo  
Narratur, properanter abit, Num voce ciebo  
Stentorea? Quo pellis oues? Cur iste Palemon?

Aut quid preſe fert habitus? quin adde coronę  
Te ſocium, refugamq; boues compelle ſub vmbra.

**Palę:** Quo Melibœe vocas? quũ me paſtoria vbiq;  
Turba ſuis, velut ignotum propellat ab agris.  
Ecce fatigatus, Nemo hoc me faſce leuaſſet.  
Hunc geſſi catulum dorſo, quẽ nixa reliquit  
Mater humo; bene ſi memini, iam ſeptima lux eſt.  
Non liquidos fontis latices, non gramina vacę  
Luciferis tetigere tribus, marceſcit & ipſe  
Dux gregis, hei non ampla replent mihi mulcra capellę.

**Me:** Non igitur poſita viridem profundis in herbam  
Mole diu preſſum latus hoc, deſeſſaq; membra?

**Thyt:** Summa tenet cœli phœbus, nanq; vmbra bacillo.  
Experiat, breuior, Tantũ ſupereminet ille.  
Omnia nunc rapidi vitant incommoda ſolis.  
Sic nemus vmbriſerum pecudes, ſpineta lacerti,  
Et latam querit platanum ſibi paſtor oberrans.  
Aſſideas, donec titam deurgat, & aura  
Mitior exoriens tepido reſpiret ab ortu.

**Me:** Quo cepit ſequi lues hec menſe Palęmon?

**Palę:** Iam prope meſſis erat finem, quo tempore ſyduſ  
Infeſtum agricolis oritur, dum flatibus Auſtri  
Fortius inſpirant, vapor & terreſtris adauget  
Hũmores, q̄thramq; graui corrumpit odore.

**Me:** Diuerſi hic generis morbi paſtoribus, atq;  
Armentis veniunt, ouium tunc corpore ſanguis  
Putreſcit, turpiſq; boues reſolutio ventris  
Debilitat, necq; ipſa vacant tunc ſepta veneno  
Quippe ſubingreditur ſerpens, aut vipera morſu  
Pungit oues acri latitans ſub tegmine noctu.

**Palę:** Maior erat tum cura gregis, Nam rura frequenter  
Luſtrabam, focus aq; herbis redolebat odoris.

Mane sub auroꝝam, prono & quũ vesper olymꝝo  
Lumine processit rutilo, nec cornua cerui  
Vsta focis, nidor pellit procul ille cerasies,  
Defuerunt, sed me penitus frustrata laboris  
Sedulitas, studium & teneris nil profuit hœdis,  
Forte ego fiscellam limoso texere iunco  
Hoc tereti adnixus baculo conabar in vsu  
Lactis cogendi tutus mihi iure videbar,  
Sicca meas tussis cœpit vexare capellas,  
Quo magis, atq; magis vicio crescente, secuta est  
Horrida pestilitas, rigidis quę cuncta bidentum  
Prata cadaueribus strauit, neq; finis haberi,  
Donec grex aderat, vacuos dehinc seuit in agros,  
Non secus atq; ruens culmis per inania grando  
Frigore condenso flauam deturbat aristam,  
Pars abigunt iuuenes subito cum matribus agnos,  
Quidam humiles mutare casas, & pasua tantum  
Vtile duxerunt, auram quod pestis inanem  
Inficit vsq; magis, Statui disferre parumper,  
Quandoquidem parui curis distractus agelli.  
At quid non passus? Circum quot fortia sepes  
Corpora pastorum, tumidisq; inflata venenis,  
His ego vidi oculis: res est miseranda relatu,  
Sunt Coryli testes, duręq; sub alpibus Orni.  
Stant vituli, raucisq; fame mugitibus omnes  
Credo vrgente, vias implent, Nemo omne boatu  
Consonat, & partim nullo custode vagantur  
Deuia lustrantes, partim cecidere reclusis  
Ante oculos stabulis, Negat & vicinia pastum  
Reliquijs ouium, subeunt deserta bubulci,  
Atq; specus habitant, cœlo pars degit aperto,  
Quippe lues haurit villas, populatur & vrbes.

B

Quid? quod & incolumis duxit qui mane iuencos  
Vpilio, postq̄ nitidum tepescerat hora  
Prima diem, roremq̄ pecus discusserat herbis,  
Solis ad occasum modico comitatus ouili  
Æger adest, forsan gelidishic luce sequente  
Effertur pedibus multum lacrymante Neq̄ra.  
Adde quod & piq̄te volucres moriuntur iniquo  
Æthere, nec latebrę profunt serpentibus atris,  
Pabula non bobus, nec aquosis piscibus vnde.  
Idcirco non morbus oues, armenta q̄ solum  
Pestifer absomit, verum contagio gentes  
Dira per incautas, longeq̄ mapalia vastans  
Serpit in omnę genus iuxta pecorumq̄, hominũq̄.  
Hinc nos palantes vacuis discurrimus agris.  
Haud aliter medijs errant animantia syluis,  
Nodoso quorũ rete sacrum iam cinxit ab omni  
Parte nemus, cursu inde notat vestigia anhelio  
Pręceps venator, sequiturq̄ indagine prędam,  
Si qua latet, canibus, ciet hanc clamore sonoro.  
Ecce racemiferę lentis modo vitibus vutę  
Intumuerę, malum quando hoc superadditur istis,  
Grataq̄ colliculis feruet vindemia apricis.  
(Poma sub arboribus, fœnum computruit agris)  
Hec tantum restat miseris, nec certa colonis,

Thyr      Tempora nos fugiunt, quoniam decliujs olympo  
Paulatim rapidos celfo sol mitigat ęstus  
Exul ego interea pallentis cornua lunę  
Heu quoties vidi proprijs male tutus in aruis

Palq̄      Palmite maturos Bacchi quis carpit onusto  
Nunc fructus? quis ruris opes? aut cętera dona  
Colligit autumnis? dum nos hinc inde vagamur,  
Non crebro calcat tumidas pede vinitor vuas,

Grandia nec madidis vigilans iam præla racemis  
Imprimit, ampla vacant dulci quoq; labra Lyco.  
Necq; cadis rauco spumant noua musta susurro,  
Æquius illa tamen ferrem, minus atq; labores  
Perpeffos quererer, tantum si vita maneret.  
Densa fuit proles ouium sub matribus olim  
Nunc quota pars restet cernis, vix illa superstes.  
Mors rapuit, scabiesq; meum conturbat ouile  
Quoquo me referam, Septis quater ipse capellas  
Pascua mutando frustra (neq; cernere finem  
Infectę tabis licuit, neq; visere rura)  
Eduxi, vereor nigra mihi fascinet arte  
Thessala oues, dubioq; pecus vel obambulet atram  
Murmure sub noctem, Stabulis aut dira precetur.

Me: Nunc primum q̄ iusta tibi sit causa querelę  
Accipio, totq; aduersis vtriusq; Palęmon

Palę: Compatior, fortis miseret, patrięq; relię.  
Rite facis, Sed quę melior fortuna ministrat  
Optatos Melibœe dies: turbamur vbiq;.  
Tu calamos inflas molli resupinus in herba.

Thyr: Eia age, polliciti moneo, quas incolit oras  
Diues opum Daphnis: Solita iam carmen auena  
Daphnidis in laudem pulchri deprome perennem.

Me: Orbe sub arctoo, septem qua parie triones  
Lucida perpetuo cœli nunc lumina terras  
Despiciunt, nullisq; timent immergier vndis  
Mœnibus ad ripas vrbs est extructa vetustis  
Fluminis herbosas, cuius rigat vnda feraces  
Sarmatię campos, liquido post amne gelatum  
Ingreditur pelagus, nomen mente excidit vrbs.  
Cernitis illustrem, multa quem pinus obumbrat  
Relligione locum, sacer, est habitasse feruntur

B ij



Dij quondam. Sed mitis habet Polymetus eundem  
Collibus imperitans Scythicis, vbi pinguis rura  
Tutatur, reliquosq; sua virtute gubernat  
Pastores, ne forte grauis discordia vexet,  
Externusue domos humiles deuaslet, & hostis  
Agmina per lucos abigat, prædamq; rapinæ.  
Septa die, noctuq; suos quin visit & agros,  
Dat lucem vepreta metens, pellitq; rapaces  
Inde lupos, nemus atq; oculis bene dispicit omne.  
Hic hic fecundos Daphnis modo possidet agros,  
Vellere plus niueo pascit q̄ mille bidentes,  
Præterea fruges tellus, ac munera ruris  
Alma pales profert, simul & pomona, nec vnq̄  
Lac pressum desit, toto formatur in orbem  
Caseus huic anno, tanta est foetura bidentum,  
Vt nunq̄ vel frigus iners, vel submouet estas,  
Vbera semper enim referunt disienta capellæ.  
Daphnis, ad hec tremula faciem nam fontis in vnda  
Inspexi, rutilos phœbus cum protulit ortus,  
Vix dum purpureas tegitur lanugine malas,  
Puberis est qui iuuenis, cui vultus amœnus,  
Atq; hilares oculi, Totum, quid? corpus adornat  
Forma decens, animus tamen est super omnia mitis,  
Vtpote quem Charites primum, post ille nouenus  
Musarum chorus erudit, septemq; citutis  
Pan, primus fluida calamos qui iungere cæra  
Instituit, cantusq; sacri largitor Apollo  
Daphnidi, vt audieram nuper, suat flumina testes,  
Concessere nouum carmen, vocemq; sonoram,  
Præcox ingenium, mira & solertia mentis,  
Nescio præterea tenui quid forte latentis  
Corpore virtutis multis manifestat vbiq;

Indicijs, quæ clausa licet, se prodit aperte,  
Quod si nunc quæris quo sit nam sanguine cretus,  
Nil prohibet seriem repetens ab origine prima,  
Quin venias tandem præclaræ ad robora gentis  
Sarmatiæ, primas tenuit quæ semper in aruis,  
Pertinet huc etiam, quod plus mirabere, Daphnis  
Sæpe agit hac tenera tetricos ætate Catones,  
Sæpe iocos exercet, & hinc velut exigit hora  
Se se conformat, lusus, an seria tractes.  
Huic nihil asperitas adimit, nil gaudia rursus  
Orta, modum quando prudens custodit vtriusq;  
Hic igitur latos Scythiæ sine fine per agros  
Errantem nuper Daphnis me fronte paterna  
Respexit, primusq; famem miseratus acerbam,  
Hic releuauit humo pressum, pinguesq; locando  
Ad tempus campos, verba hec superaddidit ipse  
Pasce boues velut ante puer, septisq; capellas  
Nocte meis include, casas quoq; cespitate tectas  
Ex viridi, donec melior fortuna fauebit,  
Incole, pruna sub arboribus, sunt mitia poma,  
Si non fastidis fruges, & munera nostræ  
Telluris, Tu, quicquid habet commune putato,  
Hoc aiens amplum manibus perduxit ad antrum.  
Hic alit, hic pingui remouet ieiunia farre  
Et cantare iubet quoscunq; sub llice versus.  
Hanc mihi formosus Daphnis largitus auenam,  
Excitat ingenium, validas in carmina vires  
Præstat, & illius saturi iam pace sonamus  
Tranquilla, fruimurq; bonis, Amaryllidos ipsi  
Si deus annuerit, laudes cantabimus olim.  
Daphnidis emeritos post hac iungemus honores.  
Orbe sub extremo rigidus qua plaustra bootes

Seruat, & arctans Aquilo glacialis in vnda  
Decidit ex alto, latijs vbi nulla camœnis  
Est sedes, querulum modulans per inane vagarer  
Nempe solum Scythiæ, forsân nemus atq; comatum  
Vilis & abiectus strepitu nisi Daphni fuisses  
Lustrarem patrios nunq̄ rediturus ad agros,  
Hinc tibi primitias frugum, seu quicquid odoris  
Pomiferis deinceps merito nascetur in hortis  
Mittere constitui, vario tum flore coronas  
Mane feram, nec grata minus tibi forsitan aras  
Hec fore confido q̄ si tener imbuat agnus.  
Sin vero ara placet, viuo de cespite ponam  
Ante lares, vitulam letus ma&abo quotannis,  
Intereaq; tuas digno te carmine laudes  
Omne nemus, montes pariter, vallesq; profundas  
Voce canens Daphnim clara reboare docebo,  
Fru&ibus alma pales solitis, Tu Bacche corymbis,  
Certatim Sityri, hunc violis decorate Napeæ,  
Vos Dryades, nymphæ & pictos connectite flores,  
Mella fluant etiam, tali nam dignus honore  
Daphnis, vt incolumem vitam deducat in agro,  
Ergo prius curuo pisces in littore mutos  
Destituet pelagus, salices aut hœdus amaras  
Linquet, & hirsutus gelidis leo vituet in vndis,  
Flauam tristis hyems Cererem dabit, æstiferamq;  
Autumnus messem, citius ver proferet vvas,  
Ex hoc dulce probi nomen q̄ Daphnidis illud,  
Pectore labatur memori, seu fistula laudes  
Daphni tuas vnq̄ taceat, dum vita supersit.  
Thyr Viue decus ruris, iam nunc Melibœæ tepefcunt  
Solares radij, maior quoq; collibus vmbra  
Proijcitur, nos hora vocat, Melibœæ valetô.

VLDERICHI FABRI RHETI AEGLOGA  
SECUNDA CUI NOMEN STYGETVS.

Interlocutores Corydon & Lycidas.

**Q**uid Lycida referam? croceos bis quattuor ortus,  
Si bene nunc memini, solis, noctesq; vicissim  
Transactas totidem, baculo hoc en falce notavi,  
Vidimus, & iam nona dies, quod lentus ab vrbe  
Nondum Faustus adest, miseret, pecus omne vagatur  
Interea, tantum steriles mugitibus agros,  
Et syluas raucis implens. Cui cura bidentum?  
Cernis vt hec errant inter dumeta capelle  
Incustodite? liquidum non ducit ad amnem  
Pastor oues, heretq; vlmis Baccheia vitis,  
Parua queror, Nemo folijs, aut gramine verno  
Septa gregis spargens ornat, nec frondibus vmbra  
Sole facit gelidam cursus peragente diurnos,  
Præcipue cum calda premit modo terga leonis.

**Lyci** Damna quidem Fausti Corydon non pauca recenset,  
Nec sine vel summo cordis memoranda dolore,  
At nunc mille bouum curis distractus, & agri  
Nil tibi polliceor, tristis, nan. cernis oberro  
Montibus, ac syluis, placide vix vna quieti  
Hora datur, duxi in somnis treis ordine noctes.  
Si vacat idcirco Fausti miseresce parumper  
Donec ouis dominum videat, tibi numina magnę  
Præmia telluris tanto pro munere forsan  
Vt pote diua pales, satyri, Pan iusta rependent,  
Lanigerumq; pecus tuta ad præsepia coge,  
Quippe ego iam dudum vereor, ne tempore saltem  
Noctis, vbi occiduum titan se mergit in æquor  
Fraxinea tunc crate puer non claudat ouile.

**Cory** Nocte lupi exercent rabiem, stabulisq; minantur  
Grassando fures, abiguntq; armenta latenter.  
Sed quid nocte mali Fausto, nebulisue subortis  
Haecenus acciderit, dubium, Verum ille serena  
Luce meus dexter nunq; decepit ocellus.  
Nuper enim viridi recubans, quod fessus, in herba  
Æstus vitabam, rapidiq; incommoda solis.  
Non procul hinc, Cernis patulam sub rupibus Ornum?  
Hic ego prospexi insidias, & furta Strygeti  
Primus, Et o pueri iam iam cohibete capellas  
Clamaui de rupe vagas, quum furcifer altam  
Transiit sepem prope, ac sub tegmine quercus  
Annoſe latuit penitus, neq; visus in aruis,

**Lyci.** Semper amat vicium tenebras, claramq; diei  
Persequitur lucem, quicumq; inimicus honesto est,  
Vnde nihil miror sceleris si conscia tanti  
Mens fuerat, totos vitę latuisse per annos  
Num satius, q̄ tanta pati dispendia fame?  
Ecquid adhuc oculis hominum se subiicit: atq;  
Non pudet impense, nuper qui criminis autor?

**Cory** Siste gradum, quo pergis? & hec tibi gramina mollē  
Pręstabunt sedem, facile est, quod scire laboras,  
Expecta, referam, iuxta hec arbusa vicissim  
Haud aliena fide, neq; iniucunda relatu  
Dicemus, viden vt Thyrsis, cantuq; peritus  
Accelerant Meliboeus? & hic sperare licebit  
Interea Faustum, nihil est mihi gratius illo.  
Ac super optato melius, sed nescio quidnam  
Illius aduentu nobis mens pręscia rerum,  
Vt solet interdum fieri, pręsagit amicis.  
Et iam polliceor, nisi spes me fallit inanis.

**Lyci.** Spes animū cruciat Coridon, mihi certa probantur

Nil audita iuuant, fidei plus lumina multo  
Auribus efficiunt, capitur cui credula mens est  
Fraudibus innumeris, Heu quot decepit inanis  
Spes hominū, cupidi monstrant Phaetontis habentē.  
Hec quoq; fallit aquis pisces, volucremq; canoram.  
Fertilis agricolę non semper reddit agellus  
Semina pro voto, molles neq; vinitor vuas  
Vite legit, Si libra pares equauerit horas.

Cory Dicitur, & duris veniunt os inter, & offam  
Pleraq; ruricolis Lycida, loquor ipse malignam  
Expertus sortem, curua treis valle iuencas  
Proh dolor ammissi, foxturę erat vna propinqua.  
Pars bona spes vite est nostrę, spe viuimus agris

Lyci Notus vterq; probe (fateor) Melibœus, & alter,  
Quem dicis, vix tantus eram, Sed nonne priusq;  
Incipias narrare, magis pecus ipse reuisam  
Expediet, lectum viridi non fronde parabis  
Hic adero, citius forsan q̄ reris, Eundum.

Cory I, sed vt huc redeas, namq; hac ratione morabor  
Sub patula fago, iuxta hanc quę tacta chorusco est  
Fulmine, signa notes, alias te deuius error  
Postea seducet, notis mihi contigit aruis

Lyci Signaui in nodum coryli iam vimine flexo.  
Si non ipsa loci cœcat distantia visum.  
Rite sub vmbrosa, letor, grex ruminat vlmo.  
Res tibi salua satis Lycida, num cornibus hædi  
Colludunt saturi: tribus & quem forte diebus  
Quęsieram, nunc taurus adest, vaccęq; quiescunt,  
Quid moror vltorius: numerus si quadrat, abunde  
Ipse mihi felix videor, mea gaudia promam.  
Sunt nobis septem, facile est numerare, bidentes  
Quęq; decem semper referunt distenta capellę  
Vbera lacte domum, treis ijs superadde iuencas.

C

Cornigerumq; bouem, venient bis dena, quid ultra  
Integer esse nequit numerus, quid desit oportet.  
Bis quater, atq; decem, digitis numerabo seorsum,  
Ac tria, viginti efficiunt, bene sanus, & vnum,  
Singula conueniunt votis, requiescite, abibo.  
Heus, age, heus Corydon letus, dictiq; prioris  
Vsq; memor redeo, quoniam custodia nostri  
Tutior, atq; ratus pecoris, ni fallor vtriq;  
Iam vacat, in medium profer, tibi plena potestas,  
Si quid habes rerum, nescis te quale manebit  
Munus apud Lycidam, q̄ soepe rogauit Amyntas  
Nec tulit, heredi moriens quod tradidit Ægon.

Cory Cur latus idcirco virides non sternis in herbas?  
Forte die hesterni, niueam cum valle iuuenca  
Incurua sequerer, nil tum minus ipse putassem  
Euentu, Nam cura bouis, quid venit opinor  
Obuius, at faciem tonitru quasi territus alto,  
Protinus auertens, nil respondebat amico.  
Dæmona vidisset (mihi crede) libentius atrum,  
Coeptum iter ingredior, stolidumq; subinde Stygetum  
Posthabui pariter, nullo dignatus honore  
Colloqui, Tu dic Lycida quo dignus honore?

Lyci Ingenue, dicam, atq; omni simul absq; pudore,  
Dignus vt in coruos abeat, seu vimine torto  
Ad veterem (par est) quercum sublimis inique,  
Vnus vt exemplum cunctis q̄ maxima vitę  
Supplicia, & penam meritis persoluat adęquam.  
Vnus erit terror multis, quic unq; nocentes  
Ostendunt animos hœdis, ouiumq; magistro.  
At nostri pars magna q̄ hic sermonis habetur  
Nec satis agnosco toties quem voce Stygetum  
Auribus inculcas Corydon, proinde horror aperte,  
Nanq; potes, depinge solo, vel cortice quercus

Quæ sit forma viri, pluuijs qua veste tuetur  
Corpus ab irriguis, nunquid tegit ora galero?  
Turpe sonat nomen, Si res, vt nomen eidem  
Conuenit, haud peior nostris est pastor in aruis.

Cory Nunquid ades solus, captum qui mente Stygetum

Inter pastores, alioqui & carmine notum  
Infami, non noscis adhuc: en puluere totum  
Describam, Sic trita nimis, vel peruia vento  
quolibet absumptum macie, proh penula corpus  
Contegit, inde grauem ferro, nodisq; bacillum  
Fert manibus, fragiles senior quo fulciat artus  
Non nunq̄, rigidusq; pedum vestigia pero  
Partim circumdat, partim sic nuda relinquit  
Præterea frontem pileo mihi tectus agresti  
Venit in occursum, penes hec cognosce Stygetum  
Signa, rubent oculi, caput est prægrande, latusq;  
Non nimis oblongum, sunt internodia longa.

Lyci Iam memini capularis agit, propterq; senectam  
Tam tristem, stabiles misero labentia gressus  
Membra negant, semel hunc forsan trieteride tota,  
Atq; iterum vidi, latuit si rite recordor.

Cory Falleris egreditur, quanq̄ dolor, atq; senectus  
Non nihil impediunt, grauis & contagio morbi,  
Quis, alias male sanus, eo maceratus, vt ossa  
Vix tegat ipsa cutis partes distracta per omnes.  
Plus tamen ijs proprię nocuit, deincepsq; nocebit  
Inuidię moles, qua iam sibi pœna & Erynnis  
Magna satis, quod tot furijs agitur acerbis  
Infelix, & auarus opum, quibus inhiat omni  
Tempore, quin etiam Fausti est intentus agello  
Luminibus, cœpitq; nouas effingere fraudes.  
Ecce aliud, caprum propior qui cornua cœlo  
Erecta ceruice gerit, modo tertia lux est,

C ij



Insidijs, atq; arte procul, quia vimine collo  
Duxerat iniecto, multum prohibente Lycisca,  
Vtq; refert Idas, puer hunc adiuuit Amyntē.

**Lyci** Rebus in alterius semper marcescit opimis  
Inuidus, atq; suis cernens meliora propinqui  
Pasqua se cruciat primum, dehinc rumpit in iram  
Ingentem, litesq; ciet pastoribus acres.

**Cory** Ergo Sygetus ea moritur qua percitus ira.  
Hec macies hic liuor edax, & pallor in ore,  
Num satis, atq; super mores, animumq; Strygeti,  
Nec non mille dolos, tacito quos pectore voluit,  
Commonstrant: taceo interea quę falce notauit  
Nescio quis properans illac, sed cortice legi  
Carmina fagineo, nihil hec agreste sonabant,  
Nec triuale quidem, poteris, nam litera apertas  
Seruat adhauc rimas, etiam percurrere visu.  
Nil moror, huc ducam, sequere ilicet, ipse prebo.

**Lyci** Non opus est, dum mente tenes in cortice fagi,  
Quin magis hic recita, numeros paulo ante notatos,  
Haud secus, ac legeres quacumq; ex arbore hiatus  
Aduertam, modo rumpe moras, & tedia longa.

**Cory** Nil tibi polliceor, quoniam me obliuio rerum  
Soepe capit velox, ouium quoq; cura mearum  
Preterit, atq; Idas nuper mihi clausit ouile.  
Attamen experiar, quantum natura vigoris  
Dędala contulerit, seu quę spes vertice summo  
Esse queat natis longo post tempore canis,  
Tardius in mentem veniunt, si verba tenerem,  
Vt numeros memini, subito modularer acuta  
Voce, quod in syluis, simul & conuallibus Echo  
Adclamans sonitu passim resonaret eodem.  
Adsis, iam Lycida mecum sub pectore voluo.

**Lyci** Iunge, quid expectas: adsum tibi, verba camœnis;

**Cory** Nulla fides verbo, leuibus nolite Lyconis  
Credere promissis hortor, quid? cętera desunt,  
Clarius id repetam, Leuibus nolite Stygeti  
Credere pollicitis moneo, me damna, bubulci  
Grandia sic cautum faciunt, & tempora vitę,  
Risus inest vultu, sardis sed amarior herbis,  
Niliacęq; ferę lacrimas effundit amicas,  
Credite pastores blando sermone venenū,  
Quo nil deterius vobis, & ouilibus, atrum  
Turpis, & infelix celat, miser, atq; superbus.  
Ore suam potius vocem, non pectore format  
Hec cecini vates, vos hec meminisse iuuabit.

**Lyci** Phœbus amat vatem merito, dryadesq; puellę  
Fortia, cum satyris, primum qui robora phagi  
Carmine tam docto nostris signauit in oris,  
Rusticus ipse quidem (fateor) sed talia condis  
Carmina, diuersus nunq; quę spernet Apollo.  
Texere Pan calamos docuit, me iudice, pana  
Tu vincis, dulciq; suo quę flumina cantu,  
Atq; feras duxisse ferunt, vel Apolline natum,  
Thrax erat ille prior patria, Thebanus & alter.  
Sed iam tempus adest, adeam, quia montibus vmbra  
Tenditur in longum, campisq; mapalia fumant.  
Accipe promissum Corydon, neq; vile putato,  
Munus, habes calamum nunq; qui dissona reddit  
Sibila, disparibus doctę est formata citutis  
Fistula quam cernis propius fer lumina, septem,  
Ecce tibi, quid plura loquar: vix vnus & alter  
Hanc tetigit cannam manibus, durisue labellis.

**Cory** Quicquid id est memor accipio, gratulorq; paterna  
Rura domi visam, tepidus sol occidit vndis.  
Ite, vale inxerea Lycida, nunc ite capellę,

Ad circumspēctos, atq; probatę fidei viros Nicolaum  
& Andream Salomones ciues cracouieñ, de armis  
ob virtutē maioribus suis concessis, quibus  
& ipsi merito gaudent Carmen Vlde  
richi Fabri Rheti,


**O**Mnibus vna licet generis sit origo, scelerata &  
Degener vt nemo, quem nisi vita facit.  
Si inspiciamus nostrę fragilis primordia vitę,  
Est genitor cunctis vnus, & vna parens,  
Sed tamen in primis refert quo sanguine cretus  
Quilibet, ac proprium nunc genus vnde trahat,  
Pulchra suis virtus veniens, meritissq; parentum  
Efficit ingenuum, & clarior ortus aui.  
Quem penes est virtus nemo hoc generosior illo,  
Hec hominum terris tollit ad astra genus.  
Re sine/ qui falsos numerat, seu nomine tantum/  
Ipse malus, titulos, nil prope laudis habet.  
Nil quasi laudis habet, nomen sed iactat inane  
Degenerans, vicia & detegit vsq; sua.  
Bellica quem virtus ornat, quem splendor auitę  
Stirpis, & ingenium, cum probitate simul.  
Qui foris, atq; intus, factis, animoq; relucet,  
Hic titulum verę nobilitatis habet.  
Marius, & Cęsar, Magnus, Sic Scipio, Cocles,  
Sic Fabij gestis enituere suis,  
Sic quoq; de nitido Salomonũ stemmate nati  
Nobilitium proceres commeruere decus.  
Splendida Sarmatię gererent insignia gentis,  
Hęc sunt virtutis pręmia certa suę.  
Arma togę bene conueniunt, Martiq; cruento,  
Tempore sunt omni fortibus apta viris.


En ales niue candidior, phœboq; dicata,  
Flebilibus numeris quę sua fata canit.  
Belliger hinc nigro sonipes stat tegmine cinctus,  
Qua sinit instructos scandere sæpe viros.  
Cernimus & galeam cristis, treisq; pre nitentes  
Hastas, diuersum quodlibet vnde notat.  
Candorem tibi signat olor, mentemq; pudicam,  
Hastę animos fortes, munera Martis equus.



NL

Hic animos fortis numerus hanc educe  
Civorem libellum eloy mentem patiam  
Hic dicitur quodlibet vnde n. n.  
Caminus dicitur in h. t. r. e. n. n. n.  
Qua hinc hinc ostendit se per v. n.  
Diliget hinc n. n. n. n. n. n. n. n. n.  
Vnde hinc n. n. n. n. n. n. n. n. n.  
E. n. n. n. n. n. n. n. n. n. n. n. n.







Konservacja dokonana w r. 1963  
przez Piotra Karowskiego  
Inteligent Biblioteki Miejskiej





B. 506-

510